



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Isaacius logues.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

alia eorumque usus restitutus; parturientes adiutæ, atque alia id genus, ij narrant qui eius gesta latius prosequuntur.

P. Isaacius Iogues.

Gallus.
apud Hi-
roqueos.
18. Oct.
1646.
ætat. 40.
Soc. 22.

Humili-
tas.

Euch.

Pati.
Oratio.

P. Caroli Spinolæ in fidei odium combusti herois imaginem in sinu circumferebat, & sæpenumero suspirabat desiderio paræ mortis. Voti religione spondit; se, quoad posset, latitare velle despectum atque abiectum. Totam aliquando noctem coram SS. Sacramento humi prostratus orando duxit, multa aspera, & ardua pati flagranter petens. Et responsum accepit: *Exaudita est oratio tua: fiet tibi sicut à me petisti: confortare, & esto robustus.* Apud Hurones in Septentrionis Africa laboran-

u-
 t-
 nt
 e-
 ei
 a-
 ut,
 at
 o-
 ,
 le
 i.
 L
 i-
 ,
 ti
 i-
 st
 re
 o-
 L
 o-

ranti , Hiroquæi barbari
 Ethnici, vngues mordicus
 auulserunt, indices duos den-
 tibus contriuerunt. Taceo
 pellem à corpore retorri-
 dam , cadentem , aliaque
 horrenda omninò. Igne,
 vnguibus, dentibus in illum
 sæuitum est cùm in carcere
 teneretur : quo ipso tempo-
 re facilè 70. capita Christo
 genuit in vinculis ; & Rena-
 tum Nouitium crudelia pas-
 sum, tandem coram se cæ-
 sum vidit, vt dixi 5. Augu-
 sti. Pax cum Hiroquæis com-
 posita illum inde extorrem-
 eò postlininio pellexit ; &
 ille disertè scripsit, se in-
 de minimè rediturum. In-
 teruersa est pax ; & P. Isaaco
 decreta mors. Ferrum illi
 in caput illisum ; præcisa
 ceruix .

Fides.

Inter cælestia illa quæ
 diuina patiens vidit, fuit mi-
 rabilis Ciuitas, & in illa
 scriptum: *Laudent nomen
 eius.* Vbi pro tribunali se
 verberatum ait; sed recrea-
 tum simul à Iudice amplexu
 & letitiâ, quam non poterat
 explicare, sentiens amoris
 diuini æstu accendi se magis
 ac magis; adeò vt velut in
 extasi exclamaret: *Virga
 tua, & baculus tuus ipsa me
 consolata sunt.* PP. Iacobum
 Bertric, Stephanum Binet,
 Petrum Cotonum aliàs in-
 tueri sibi visus, petijt ab ijs
 commendari Cruci, vt eius
 ciuem atque discipulum.

Liber.

Imitatio.

Aliàs in officina Crucibus
 coopertâ mirè sibi obiectâ
 librum sibi præberi vidit qui
 contineret *Illustres pietate
 viros, & fortia bello pectora;*
 quæ

quæ verba tunc audita, eius animo altiùs hæserè infixæ, ad imitationem Crucis. Inde illi amor Crucis, & Litanix è Crucis titulis concinnatæ, ac ea ipsa quæ patiebatur tormenta pro illorum, à quibus patiebatur, salute oblata.

Crux.

P. Petrus Venustus.

A Sancto P. Ignatio in Siciliam missus, Novitios istic religiosè instituit; ac digna egit Apostolico viro pro fanis & ægris, & probis & improbis. Inter alios Rogerium quendam Sacerdotem (hominem ob flagitiosam vitam nomine illo sacro indignum) suaviter, acriterque non semel quàm monuerat quàm rogârat, vt offendiculo probis oculis auribusque tandem esse desine-

Italus.

ad Bruonam.

19. Oct.

1564.

etat. 45.

Soc. 18.

Zelus.